



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 86. Sigismundi Transylvaniæ Principis epistola ad Wittenbergensem, & Lipsiensem uniuersitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.

A.C. 1561

§. LXXXVI.

*Sigismundi Transylvaniæ Principis
epistola ad Wittenbergensem,
& Lipsiensem Uni-
versitates.*

Paulopost Joannes Sigismundus ad Wittenbergensem, & Lipsiensem Universitatem literas perscripsit, in quibus sese ad novos errores admodum propensum exhibebat, ejusque epistolæ sequens erat tenor. „Eo, quo teneris ab „annis purioris doctrinæ studio, atque ai- „fectu in vos ferimur, nos quoque ad id a- „digimur, ut non sine animi amaritudine „novas doctrinas a quibusdam Zwing- „lii, & Calvini Sectatoribus in regnam „nostrum (intellige de Hungariæ Regno, „cujus duntaxat titulum Solimanus ei reliquerat) sparsas tolerarem: Ve- „rum magis adhuc dolor noster auge- „scit, dum cernimus, quod fideles nostri „subditi in Hungaria, & Transylvania „tot novarum opinionum diversitate in- „ter illos disseminata adeo turbentur, ut „illi quid credere debeant, ipsimet igno- „rent; itaque ad subditorum nostrorum „preces in nostra Magyessia civitate con- „ventum indiximus, ut tandem, quæ „circa Cænam Domini credenda sint, „dispiciamus &c. Cum autem nobis „persuasum sit, quod vobis magis cele-

„celebres Theologos nullibi reperire
 „possimus, eapropter ad vos perscri-
 „bere, ac vestrarum Universitatum ju-
 „dicium sequi decrevimus, idque con-
 „sultum fore censuimus, vobisque con-
 „troversas opiniones transmittimus, ut
 „desuper disertis verbis ultimam fera-
 „tis sententiam, quam juxta Dei verbum
 „instruatis (*) inde enim speramus, fore,
 „ut vos turbatis conscientiiis, atque
 „Ecclesiis in nostra ditone afflictis tran-
 „quillitatem reddatis, hacque ratione
 „opus Deo gratum, vestri Ordinis Chri-
 „stiani dignum, nostrisque Ecclesiis
 „proficuum perficiatis, vestraque sen-
 „tentia grato animo a nobis recipiatur.
 „Datum Weissemburgi, (quæ Urbs ho-
 „die Alba Julia appellatur) die vigesi-
 „ma Septembris anno Domini millesi-
 „mo quingentesimo sexagesimo primo.,

Sæcul. XVI.
 A. C. 1561.

U 5 §. LXXXVII.

(*) Ergo ne Protestantes Hungariæ, & Transilvaniæ Ministris verbo Dei, ac privato illud intelligendi, ac interpretandi Spiritu caruere? Fortassis Protestantium Religio in Transilvania præter Sacras literas etiam Universitates tanquam Judices fidei infallibiles admittit, proin Religionis summa juxta diversitatem Regionum, temporis, aut circumstantiarum diversam etiam induit essentiam, tandemque in mere politicam, ac humanam transit legem.

Sæcul. XVI.
A C. 1561.

§. LXXXVII.

Cophti ad Tridentinam Synodum a
Papa invitati.

*Rain. ann.
1560. n. 77.
Simon hist.
crit. de la
creance des
court. des
Nation. du
Levant c. 10*

Cum summus Pontifex ex omnibus hisce diversis erroribus Ecclesiam devastantibus fati aperte cognosceret, promptam Concilii inchoationem summo opere esse necessariam; hinc suis Legatis jamjam Tridentum delatis injungebat, ut ineunte anno sequenti (*) Concilio initium darent: nec his contentus Pontifex, insuper ad hanc Synodum Cophtos pellicere aggrediebatur. Cophti erant Christiani Jacobitæ, seu Monophysitæ in Ægypto habitantes, qui Dioscori Patriarchæ Alexandrini erroribus adhærentes unicam dumtaxat in Christo naturam admittebant, eorumque Ecclesia a decem, vel undecim Episcopis, unoque Patriarcha a præfatis Præsulibus, Clero, ac populi Primoribus electo, qui sese Patriarcham Alexandrinum nominabat, regebatur: porro iidem cum Græcis circa præcipuos fidei articulos, præsertim circa opiniones, ritusque, in quibus eorum Eccle-

(*) Observes velim, hæc gesta fuisse anno Domini 1560. ut patet ex Pontificis epistola ad Christophorum Roderiquez Apostolicum in Ægypto Nuntium.